a) XVIII — XX. in loco raso

b) Obiit — XVI. in marg. suppl.

c) Obiit — 793. in marg. suppl.

d) in marg. suppl.

e) prius — Diebus in loco raso

f) spatium vacuum.

iste ferocissimus cum multa alacritate sacerdotum XVIII mensis Januarii. Sepultus est in ardica Beati Apollinaris. Sedit ann. XIII., mens. III., dies XX.

De Damiano archiepiscopo XXXVIII

Damianus XXXVIII. Qui suscitavit mortuum. Obiit III idus Maii. Sepultus est in ecclesia Beati Apollinaris. Sedit ann. XVI, mens. II, dies XVI.

De Felice archiepiscopo XXXVIIII.

Felix XXXVIIII. Iste fuit fons irriguus, pater optimus, predicator egregius, multorum voluminum conditor. [Obiit XXV. mensis Novembris circa annum domini VII.c LXXXXIII.] (Hic fuit archiepiscopus ×) Sepultus est in ecclesia Beati Apollinaris. Sedit annis XVI, mens. VII., diebus 24 XXIIII.

De Johanne archiepiscopo XL.

Johannes [quintus] XL. Hic sapientissimus fuit, humilis, et mansuetus. Ipsius temporibus ecclesia Petriana terremotu cecidit circa annum domini VIII.c I, expletis missarum solenniis. Sepultus est in ecclesia Beati Apollinaris. Sedit ann. VIII., mensibus ...f, diebus ...f

De Sergio archiepiscopo XLI

Sergius XLI. Iuvenis etate, decorus forma. Iste Laicus fuit, et sponsam habuit, quam post regimen ecclesiae suscepit. Tempore ipsius